



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

CXXXI. Der Rath zu Gardelegen verkauft die Scharren den Schlächtern, am  
11. Nov. 1335.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](#)

pellificum in nostra Ciuitate liceat exercere, nisi antea consortium ciuile quod burschap dicitur a dominis consulibus sit adeptus et fraternitatem pellificum habeat sicut et ipsi. Et si vllus burgensium sue vxori vel filie par vestium decreuerit operari, tum erit licitum operari. Qui autem militi vel armigero vel eciam ad vendendum vellet operari, ciuitatem primo acquirere debet et eorum fraternitatem etc. etc. — Anno dom. M°. CCC°. XXVII° in commemoratione sancti pauli. Huius literae copiam nos consules ciuitatis gardelege accepimus a consulibus in Stendal vt quemadmodum ipsorum pellifices sua statuta teneant et obseruent. Tunc consules fuerunt Hanço knyf, nycolaus de kony . . . . . Gerbertus, hinricus Spolhouel, Ecbertus, hinricus nyendorp, Johannes Thakerus, Conradus de Jedyz, Jacobus de . . . . , fridericus de Gudensweghe, Henningus Caluis, hinricus Eggelkini.

Nach dem Originale im Stadtarchive.

**CXXX.** Ritter Bartold Schenke vereignet einem Altare zu Gardelegen 6 Winspel Roggen jährlicher Hebung aus dem Dorfe Mose, am 18. März 1330.

In nomine domini amen. We bartolt schenke be kennen allen luden, dye diffen ieghenwerdeghen brif be scowen, dye dy nu fint ynde noch komen scolen, Dat we heben gheuen ses wischepele roghen alle jar op tu nemene, de we hadden in deme dorp tu mose mit dem egene tu eynen altere (sic) in vnfer vrowen kerken tu gardelege, Dorch daž dat man dar alle taghe eyne missen sighe (sic) tu loue vnd eren vnfeme heren gode vnd finen hylghen: vnd welkeme heren de alter leghen wert, Deme scul men gheuen de ses wischepele roghen ut deme vorgenomeden dorpe in den tyden vnde alfo, alſe man dat selue korn vns plach to gheuene. Tho einer be tughinghe vnd tu tho (sic) einer vestinghe aller differ dinghe, So hebbe we vorbenomede Bartolt schenke vnfte ingehesegel ghehenghet tho diffeme ieghenwerdeghen breue. Des sin tughe de crafteghen lude her hennig van santerfleue, her Rolef von ronstede reddere vnde de ratmanne tho gardelege vnde de erastegen lute Hinric morinc, hennig van fadenbec, Ghrike van egersbuy. Diffe brif is gheuean an den iaren von vnses heren godes bort dusent iar druhundert iar an deme dretygeden iare, in deme sondaghe letare.

Nach dem Originale des Bresl. Univ.-Archives.

**CXXXI.** Der Rath zu Gardelegen verkauft die Scharren den Schlächtern, am 11. Nov. 1335.

— Nos Consules ciuitatis gardeleghe — vendidimus pro XXX marcis arg. stend. et ponderis dilectis nostris burgenibus carnificibus ac ipsorum veris heredibus XXII macella carnium, que olym ciuitatis fuerunt propria, ad que eciam numquam plura edificabimus, debito hereditatis titulo iugiter possidenda, Platea pertransiente duntaxat excepta, que manebit ciuitatis libera sicut prius. Carnifices eciam macella reparent, emendent decetero et corrigan, de quo ciuitas amplius absoluetur. Preterea super murum macellis annexum, qui respicit theatrum, edificare et struere poterimus, dummodo macellis non noceat, quicunque pro vnu fuerit ciuitatis. Insuper cuicunque resignabitur macellum, siue na-

Hauptteil I. Br. VI.

tus fuerit in opere eorum aut non, dimidium fertonem pro resignacione ministrabit consulibus et talis resignacio debet fieri in consistorio coram ipsis. Item pro quantacunque pecunia macellum quis nunc emit aut postea emet, pro tali pecunia exactionem tenebitur erogare. Iterum quicunque de carnificibus tribus anni terminis sibi inuicem continue succendentibus censum suum dare neglexerit, macellum suum perderet, de quo Consules se intromittent ad faciendum cum ipso quicunque velint. Item quicunque ex ipsis carnificibus macellum suum vendet, hiis tribus optentis, videlicet conciuio, quod dicitur burse cap, gulda et opere, si talis macellum reemerit aut hereditarie confecutus fuerit, nullos denarios nisi resignacionis denarios ministrabit. Est autem venditio hec conditionibus istiusmodi intercepta, quod ciuitas omnem censem in macellis, deriuamen et Jus omne habitum antea, prout in antiqua littera ciuitatis ipsiusdem carnificibus tradita, conscriptum est, integraliter obseruabit. — Actum et datum in nostro consultorio anno dom. Millesto Tricentesimo tricesimo quinto, die beati Martini Episcopi confessoris.

Nach dem Orig. im Stadt-Archive.

**CXXXII.** Bischof Albrecht von Halberstadt concedit dem Rath zu Gardelegen das Patronat über die dortigen Schulen, am 9. Nov. 1340.

Nos Albertus, dei gracia Halberstadensis Ecclesie Episcopus — ex commissione nostra speciali per nostros visitatores, videlicet magistrum Ottонem de doblin ac Thidericum de Eymbeke, cum consulibus et vniuersitate in Gardeleghe super impetitione scolarum ex parte nostri in eodem opido, de quarum ordinacione, presentacione et dispositione se hactenus auctoritate propria intromiserunt, firmiter extitit concordatum, itaque quod predicti consules et vniuersitas — nostra voluntate et consenu in juribus et consuetudinibus eorum — super dictis scolis habitis et ferauti amplius quiete inviolabiliter permanebunt et ne in posterum dicti Ciues ab aliquo nostro successore aut alio commissario molestentur, occasione dictarum scolarum ac jurium earundem, Nostrum Sigillum apponi iussimus in testimonium premisorum. Datum Langenstejn, Anno domini MCCCC quadragesimo, feria quinta proxima ante diem beati Martini Episcopi.

Nach dem Originale im Stadtarchiv, welches fielenweise durchlöchert ist.

**CXXXIII.** Markgraf Ludwig notificirt dem Rath zu Gardelegen, die dortigen Juden in seinen besonderen Schutz genommen zu haben, am 8. März 1344.

Ludovicus etc. Prudentibus viris et discretis Consulibus ciuitatis Gardeleuen fidelibus et dilectis gratiam suam etc. Noueritis quod discretos Judeos, camere nostre seruos, ciuitatem vestram inhabitantes, presentes et futuros, in nostram tuicionem recepimus singularem. Sic quod singulis annis infesto beati martini nobis tres marc. arg. dare five soluere tenebuntur. Volentes etiam eodem iudeos necessitate ipsis incumbente pre indebitis insultibus dum a nobis requisiuerint gubernari nostri nomine per nos fideliter et tueri. Datum Stendal anno predicto (M. CCC. XL. IV.) feria II post oculi.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CXLVIII. — Ludwig, Reliq. Mspt. VII, 122.